

/ Illust/mo et Reverend/mo Dno S. Romanae Ecclesiae Cardinali  
Bellarmino frater Hieronymus Heslan Religiosus Conventus S. Augustini  
Avenionen. S. P. D.

Singularis D. V/rae Illust/mae comitas et benignitas qua non se-  
5 cus ac magnes quidam omnium animos ad se pellicit et attrahit, vires  
indidit et animos addidit R. fri Hieronymo Heslan conventus S. Augus-  
tini Avenionen. Religioso ut supplicibus votis unum per Jesu Chris-  
ti Crucifixi viscera oraret et exoraret ab Ill/ma V/ra Dominatione:  
nullum enim in coelo Romano sydus vidit benignius quam Vestrae Do-  
10 minationis Ill/mae a qua pro solita sua erga omnes charitate et  
praecipue erga Christi membra certo certius sibi pollicetur. Et  
quia quod efflagitat maxime justitiae innititur, nil ea propter ex-  
ponere verebitur.

Exponit igitur Illust/mae V'rae D. f. Hier. Heslan qualiter sub e  
15 vexillo Augustiniano ab annis quinquaginta dimicet, remque divinam  
celebret a triginta circiter annis munia caetera quae reliqui obe-  
unt religiosi pro virili hucusque exercendo, a divinis offitiis nun-  
quam nisi absentia causaria abfuerit; nunc vero gravis annis multis  
jam fractus membra vigiliis, effoetam supremamque attigerit aeta-  
20 tem, et ad annos pervenerit emeritos alterum pedem in cymba Charon-  
tis habens, cuperet perfungi laboribus et offitiis quibus ipsum  
regula alligat, quam ne vel latum quidem unguem sine nutu et renu-  
tu R/mi sui Generalis praetergredietur, et saltem nunc eximi et ex-  
cipi vellet a divinis offitiis et a sacrosancto Missae sacrificio  
25 dum egrotabit, et quia morbosus annosus, valetudinarius, nulla non  
hora laborans, capris ipsis febriculosior, corpore exilis, incurvus  
humeris, homo semissis, vinum vero quo refocillantur vires nunquam  
bibit, quae quidem omnia non videntibus modo \* sed et audientibus  
misericordiam debet concitare. Hoc unum a V'ra D. Ill/ma efflagitat  
30 ut dignetur a R/mo Generali S. Augustini impetrare attentis superio-  
ribus rationibus ut d. P. Hier. orator D. V/rae Ill/mae eximatur ab

/ omnibus offitiis tam publicis quam privatis, et iisdem fruatur et  
gaudeat quibus caeteri, et Doctores, et decrepiti gaudent privilegi-  
is, nec non dum graviore conflictabitur aegrotatione, domum fratris  
sui possit adire, et abire ne dicto conventui et religiosis nauseam  
5 moveat, et fastidium egrotando, nec propterea mensuris distribu-  
tionibus et eleemosinis privetur. Et quia quam plurimos habet vi-  
ros illustres qui eum ferunt in oculis Avenioni si qui Prioratus  
Vicariati beneficia forte fortuna dentur, possit absque scrupulo  
et difficultate provincias illas sustinere. Et habita hujusmodi  
10 gratia a Vestra D. Illust/ma Deum prepotentem orat orabitque perpe-  
tuo pro felici statu D.V/rae Ill/mae. Quam Deus.

Datum Avenione tertio nonas Januarii 1617.

-----

Al Illust/mo et Reverend/mo S. Signor Cardinale Bellarmino. (c

Roma

cf. 1811

(cachet)

15 Arch.Vatic. Mss.Gesuit.18 fol.54. Orig.